



## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ  
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ  
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

**Gartner, Michael**

**Herbipoli, 1697**

Institutio rituum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

perxi post quinquennium ad milita-  
res tribunos, & demum ab his ad  
consules reversi sunt. Ex plebe pri-  
mi creati sunt *Emilius, Mamerci-  
nus, & L. Sextinus Lateranus*. Reti-  
nuit hunc summum honorem magi-  
stratus plebs Romana annis circiter 14.  
& redditus est consulatus Patriciis,  
permanfitque usque ad *Casarem Au-  
gustum* ejusque consulatum decimum  
tertium, sub quo Christus cæli terræ-  
que Monarcha natus in mundo.

Illi porro, qui præfuerant consulari  
dignitate sub finem ætatis hujus quin-  
tæ ad initium usque Monarchiæ Græ-  
corum, erant *M. Valerius maximus  
& Decius Mus*.

¶ S. VI. Rituum sacrorum  
Profanorum institutio vel in-  
novatio.

**A**nno primo Cyri regis Persarum,  
qui erat annus mundi 3517. so-  
lutæ  
D 5



lutæ captivitatis. 1. Zorobabelis D  
 cis, Jolie Pontificis. 1. Imperij Perli  
 rum. 1. Olymp. LX an. 4. urb. cond  
 216. ante Chr. 536. mense Martio, seu  
 Aprili Judæi in viam se dederunt, &  
 Babylone ascendere cœperunt Jero-  
 solymam, quorum spiritum suscitavit  
 Deus ad ædificandum templum Do-  
 mini, magno numero personarum om-  
 nis generis & sexûs cum impedimen-  
 tis vasorum, pecorum, variæq; supel-  
 lectilis, postque confectum quatuor  
 fere mensibus iter Hierosolymam re-  
 nentes *magnâ provisione*, ait Beda, *primo*  
*altare adificaverunt, ut quia tem-*  
*plum nondum erat fundatum, haberent*  
*ubi sacrificantes devotionem sua mensis*  
*ostenderent*, jamque adveniente mensis  
 septimo, quod erat conductum sacri-  
 ficii faciendi tempus, collocaverunt  
 altare Dei, & obtulerunt super illud  
 holocaustum Domini mane & vespere;  
 itaque à primo die septimi mensis,  
 qui ferè cadit in Septembrem nostrum,  
 à Judæis antiquis holocaustorum &  
 facti.

sacr  
 stau  
 resu  
 men  
 & C  
 Ri  
 cand  
 trun  
 suo, &  
 lis, ca  
 bus p  
 gno:  
 deru  
 fund  
 mag  
 mor  
 tia t  
 non  
 Græc  
 No  
 sollici  
 anath  
 muli a  
 pes ju  
 cum ju  
 adifica



sacrificiorum ritus instauratus est. Re-  
 staurato ritu sacrificandi, actum est de  
 resuscitando templo, cuius funda-  
 menta posita anno reditus Judæorum,  
 & *Cyr* ac Imperij Persarum secundo.

Ritus fundandi templi & reædifi-  
 candi hic erat. Inter fundandum ste-  
 terunt sacerdotes cum tubis in ornatu  
 suo, & *Levitæ* filii *Asaph* cum cymba-  
 lis, cantantes psalmos Davidicos; qui-  
 bus populus succinebat clamore ma-  
 gno: plurimi autem seniorum, qui vi-  
 derunt prius templum, & novi templi  
 fundationi intererant, flebant voce  
 magnâ; multi vicissim elevabant cla-  
 morem: sic factus est clamor ex læti-  
 tia tristitiâque confusus, & tantus, ut  
 non exaudirentur tubæ, sicut habet  
 Græcus historicus.

Non diu lætitia stetit: citò enim novâ  
 sollicitudine attemperata fuit; nam prisco  
 anathemate tacti samaritani judæorum æ-  
 muli adierunt *Zorobabelem* & alios princi-  
 pes judaici populi, offerentes sumptus suos  
 cum judæis communes faciendos in templi  
 edificationem, sed repulsam passi à judæis,  
 qui



qui meritò metuebant id fieri fraudulentè à Samaritanis, ut sibi scilicet partem templi vendicare, & suos sacrificulos cum idolorum suorum cultu introducere possent. Ideo posthac omnibus modis impedierunt templi reedificationem, clandestinè corruptentes ministros Cyri, quæstores, & satrapas (aded non refert pium esse regem, si impius sit satrapa, & perinde serè est injustum regem, an consulem injustum habeant subditi: rex enim injustus nocet, consiliarius impius nocere docet.) *Notarunt*, inquit, Josephus *satrapas* & *quibus commenda erat hac adificatio*, ut *impedirent*, quo minus urbem ac templum restaurare valerent, illi verò pecuniâ *corrupti vendiderunt Cuthai suam circa mandatum officium cessationem & negociam*, sic Josephus. Ex hac regionum ministrorum prævaricatione atque perfidia factum est, ut lentissimè templum Domini surgeret, magis judæorum & amicorum sumptibus, quàm Cyri, qui hos suppeditare in mandatis dederat ministris. Cumque Cyrus sumptuosis bellicis expeditionibus intentus esset, judæis non licuit de perierum præfectis & samaritis queri.

Mortuo Cyro judæi apertis armis Samaritis, & ministris insuper Cambyses am edicto prohibiti sunt ædificare.



tumque est usque ad annum secundum Darij  
Hystaspis : hinc vox illa apud Zachariam  
judæorum apud Deum precantium, *Domine  
exercituum usque quò tu non misereberis Ieru-  
salem & urbem Judæ, quibus iratus es. Iste  
jam septuagesimus annus est, scilicet dolent  
post 70. annos captivitatis adhuc prohi-  
beri à templo reedificando.*

Puniti tamen sunt judæi sterilitate terræ  
propter negligentiam in ædificando tem-  
plo: quamquam enim prohibuerit Camby-  
ses ædificare urbem, non tamen prohibe-  
bantur ædificare templum, sed ipsi judæi  
neglexerunt, causati quòd sine muris ur-  
bis templum non esset tuto satis loco, cum  
tameu ipsi interea magnificas domos in  
urbe non munita nec clausa exstruerent.

Anno mundi 3533. ante Chr. 520. Zoro-  
babelis & Josuæ pontif. 17. cum gratiam  
singularem in oculis Darij Hystaspis inve-  
nisset Zorobabel rex, voti sui, quòd fece-  
rat in regni sui initio de templo ædificando,  
memor factus, præter ligna cedrina aliam-  
que materiam necessariam jussit singulis  
annis 20 talenta de regijs redditibus dari ad  
templi fabricam, & in sumptus sacrificio-  
rum judæis alia adhuc decem talenta annuè  
erogari. Alijs insuper privilegijs & im-  
munitatibus eosdem insignivit, à tributis  
liberavit, Idumæos, qui castella judæorum  
pos-



possederāt, cedere iussit, omnes siue capto bello siue seruos natos, liberos esse voluit. Denique stolam sacram, aliaque vestimenta leuitica & vasa sacra, quæcunque Cyrus edixerat, Hierosolymam remitti imperavit; edictum insuper edidit aduersus eos, qui iudæis essent obstaculo futuri, *tolletur*, inquit, *lignum de domo ipsius, & erigatur & configatur in eo, domus autem eius publicabitur.* 1. Esd. 6. v. 11.

His favoribus usi Iudæi, denique templum Domini secundum consueverunt anno Domini 3537, ante Chr. 516. *Darij Hystaspis* 6. & solennitate magnâ dedicaverunt, oblativutulis centum, agnis quadringentis, viticis caprarum, pro peccatis scilicet totius Israël, duodecim, iuxta numerum tribuum Israël.

Itaque templi constructio tenuit annos quatuor, mensem unum, & dies novem, nimirum à die 24. mensis noni anni secundi *Darij*, quâ die facta sunt de novo fundamenta templi, scriptum est ab Aggæo usque ad diem tertium mensis Adar anni sexti



dem *Darij*. Ita contra *Josephum* (qui ait spatio septennii extructum esse) *Salianus* computat.

Unde patet graviter errasse *judæos*, qui *Christo Domino* obijciebant, templum istud 46. annis fuisse ædificatum, quod tum è trivio petatum jactabatur. Finxit quoque *Josephus*, aliud templum ab *Herode* ædificatum fuisse, cum temporibus *Christi* fuerit hoc ipsum templum à *Zorobabele* fundatum; quamquam ab *Herode* fortasse auctum aut nonnihil renovatum vel exornatum. Vellent nimirum fautores *judæorum*, *Aggai* prophetiam obscurare, quã prædixit novissimam hanc domum fore gloriosorem priore, ob præsentiam scilicet *Christi*, qui erat desideratus cunctis gentibus: nam quoad splendorem & magnificentiam materialem, hæc posterior domus contemptibilis erat, & viluit in oculis intuentium præ illa, quam *Salomon* construxerat. Ergo *Christi* præsentia gloriosorem effecit domum à *Zorobabele* extructam, de quo prophetia prolata est; non fecisset autem, si aliud templum ab *Herode* ædificatum retisset temporibus *Christi*.

*Genebrardus* enarrat quinque, in quibus templum prius mirum in modum prævalebat templo posteriori. Primum carebat posteriorius



sterius templum divinâ presentia, quæ propitiatorium responsa & oracula edebat. Secundò spiritu sive afflatu sancto, qui prophetas olim corripiebat. Nam à Malachia ad Joannem Baptistam Christi, nulli prophetæ extitère. Tertio igne sacro, cujus custodiam tam anxie Moses Levit. 6. præceperat, qui in urbis excidio in puteum à sacerdotibus, ne in impiorum manus veniret, demersus est. 2. Mach. 1. Quartò URIM & THUMMIN, quæ erant lapides in pectorali pontificis, quorum conspectu sacerdotes occulta intelligebant, & populo denuntiabant, dum plus solito lapides radiarent: nam si retinebant naturalem speciem & colorem nihil est mutandum docebatur. Quintò carobæ arcæ, ipsiusque tegmine, id est, propitiatorium, & duobus Cherubim arcæ hærentibus, in quibus Deus sedere dicebatur propter sui copiam, quam ille pontificibus faciebat: arcæ autem nomine hic utraq; intelligitur, una à Mose constructa sacrorum monumentorum & reliquiarum receptaculum, & altera à Salomone, cujus locum lapidem judæi posuerunt tribus digitis terra prominentem & suprâ habeentem tabernaculum.

Neque tamen propterea populum  
Deus dereliquerat: ut enim ad Christum





perduceretur, sæpe edebantur oracula per  
*Eab Koel*, id est, per exilem quandam vocē  
 cælitis demissam in aures collectæ multi-  
 tudinis, aliaque signa in populo continua-  
 bantur. Talis vox fuit in Evangelio, quæ  
 à patre delapsa est ad filium glorificandum  
 2. Petr. 1.

Anno m. 3609. ante Chr. 444. fe-  
 stam tabernaculorum, sive scenope-  
 giæ instigante Esdrâ, & antiquâ con-  
 luetudinem jam prorsus abolitam in  
 memoriam revocante secundum legis  
 interpretationem celebratum est.

Anno m. 3722. ante Christum  
 331. *Sanaballetes*, qui focer erat Manaf-  
 sis fratris Jaddi Pontificis à *Dario* de-  
 fecit, & assumptis secum de sua pro-  
 vincia octo millibus in castra Alexan-  
 dri se contulit, à quo libenter & hu-  
 maniter acceptus petiit, ut per eum li-  
 ceret templum in sua Provincia exci-  
 tare, cui generum suum *Manassen*  
 Pontificem præficeret. Quod ubi im-  
 petratum est, connitens omni ope  
 edificavit in monte Garizim, & *Ma-  
 nassen* ejus Sacerdotem constituit, fu-  
 itque



itque hoc antitemplum in Samaria  
conditum Hierosolymitano æmulum  
cum magna ruina & everfione pluri-  
morum in Israël, perpetuum semina-  
rium rixarum inter Hierosolymitanos  
& Samaritanos utrimque pro ara  
pugnantes. Et verè templum dis-  
cordiæ fuit, ubi vota votis & victi-  
mæ victimis adversæ, Dei cultum  
geminando minuerunt: quo factum  
ut tutius tyranni imperarent rixan-  
tibus, & Hebræos per Hebræos dis-  
ceps perderent.

Anno m. 3602. ante Chr. 459. post-  
quam Judæi ultionem planè langu-  
neam & acerbam sumpfissent de in-  
micis suis, Amano & sociis, (occasione  
scilicet septuaginta quinque millium,  
tum Sufis & Babylone, tum aliis pro-  
vinciis Affuero subditis) celebritatem  
magnam in perpetuum instituerunt  
scriptis literis per Mardocheum &  
Estherem mandârunt, ut quarta die  
ma & decima quinta dies mensis datus  
annuo honore solenniffimè celebra-





rentur, præmissis semper jejuniis ante  
diem festum conviviorum, quod eti-  
amnum die 13. observant.

Solent etiam hoc tempore in synagogis  
suis, quando historia de Amano & Esthere  
legitur, strepitum excitare malleolis, &  
manibus scamina & pulpita ferire, inscrip-  
tionemq; Amani nomen contundere, ut scri-  
bit *Serarius*, & notârunt, qui de ritibus ju-  
deorum scripserunt. Et quia Aman cruci-  
fixus fuit, solebant olim judæi in ejus con-  
tumeliam crucem quandam ligneam quasi  
in supplicatione circumferre, eamque mox  
exurere. Posterioribus autem sæculis Ju-  
dæi ita celebrare cœperunt hunc diem, ut  
ejus ritus contra Christum traducerent, ut  
Baronius annotavit; unde Honorij & Theo-  
dosij imperat: contra sacrilegum hunc ri-  
tum facta prohibitio est in hæc verba codi-  
cis de judæis & cælicolis *judaos quosdam fe-  
stivitatibus suis solenni, Aman ad poena quon-  
dam sumpta recordationem, incendere, &  
sancta crucis assimilata specie in con-  
temptum christiana fidei sacrilegâ mente  
exurere, Provinciarum rectores probi-  
beant, neque jocis suis fidei nostræ signum  
immisceant. Sed ritus suos circa contem-  
ptum christiana legis retineant, amissuri  
sine*



sine dubio permiffa hætenus, nisi ab illis temperarint. dat. 4. Cal. Jun. Confutino Baffo & Philippo Coll.

*Ritus Gentium in quinta  
atate mundi inffituti.*

**A**Nno mundi 357. ante Chr. 528. olymp. LXII à 4. urb. cond. 224. extrui cœpit à Tarquinio Superbo templum Capitolij Romani, uti venerat avus ejus Jovi, Junoni, & Minervæ, si victor contra Sabinos evaderet, quibus superatis ingenti sumptu ædificio destinata areæ comparavit; morte autem præventus non potuit absolvere: id igitur Tarquinius ex decimis Stessanæ prædæ perficere cogitans, fundamenta ad ingentem altitudinem eduxit, cumque interfo diendum recens hominis occisi caput magno prodigio inventum esset, intermisso opere consultus Etruscus magister, respondit, *legatis referre Romanis civibus esse in fati, ut locus, in quo hoc caput inveniatis, fiat caput totius*



lia; quibus auditis Tarquinius magna  
ex parte templum perfecit, vocatus-  
que est locus ille CAPITOLIUM.  
Magnificentissimè autem hoc templū  
anno m. 3667. ante Chr. 386. sub tri-  
bunis militum. T. Quinto Cincinnato  
& Servilio Fidenate cum 4. collegis,  
quadrato substructum est.

Ad vitandam apud populum invidiam,  
ne pro uno rege duo creati viderentur,  
post creatos consules instituerunt,  
ut alterum consulem duodecim  
lictos cum securibus præcederent,  
& alterum totidem cum solis fascibus,  
idque alternatim singulis mensibus  
fieret, & initium à Bruto ductum  
est.

Anno mundi 3558. ante Chr. 495.  
Sempronio Atratino & M. Minutio  
Coss. templum Saturno dicatum est  
Romæ, & ferix publicæ cum sacrificio  
decretæ in annos singulos, quæ Satur-  
nalia dicta, celebrari solita ad quartum  
decimum Cal. Januar.

Initio uuo tantum die durabant, succes-  
sive autem temporum in triduum propagata  
sunt.



sunt. Hisce diebus Romani synthesi assumptâ servis discumbentibus inlebant, muneraque ultro citroque mitti remittere solebant.

Saturnalia exceperunt eodem tempore sigillariorum celebria, quibus in dies septem publicè discursum est cum magna lætitia, quibus diebus bellum sumere aut pœnas à nocente exigere nemo erat, his quoque diebus servi cum dominis refectabantur. Suspicatur Salius in locis in Italia Innocentium conservatam esse.

Anno m. 3656. ante Chr. 397. celebrari Romæ ceperunt lætissimi cum gravissima pestis grassaretur in urbe, hominibus & pecoribus animalis, ejusque nec causa nec finis inveniretur. Libri Sybillini ex senatus consulto aditi sunt, & Duumviri sacris faciendis per dies octo Apollinem, Latonam & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus lætissimis sacrificiis placare intenderunt. *Lælisternia* dicta.

Scribit Livius magnâ tum omnium familiaritate, nullo notorum ignorantia





que discrimine usos, & victos quoque è carcere eductos fuisse. Ex quo videri potest fuisse hoc dæmonis maligni institutum eo fine, ut pestis magis magisque mutuâ contagione vulgaretur. Athenæus vocat hanc solennitatem *epulum Iovis*, quia inquit, in Capitolio stratis tribus lectis convivium apponebatur tribus diis Jovi, Junoni & Minervæ. Et Jupiter id est, Jovis simulachrum statuebatur in lectulo recubans, Juno autem & Minerva in sellis considebant. Appositis autem epulis non ipsi Dij, sed septem epulones fruebantur.

Anno m. 3552. ante Chr. 501. introductus est Romæ ritus ovandi, pro ut distinctus ille est à ritu triumphandi. Differt autem ovatio à triumpho in eo, quòd in ovatione dux non curru, sed pedibus in urbem præcedebat militarem pompam, deinde pro picta & auro intertexta trabea induebatur togâ prætextâ, & sceptrum non gestabat, ut triumphantes, sed coronam lauream.

Primus, qui Romæ hoc ritu ovavit, fuit hoc anno *Posthumius*, consule *Maninio* collegâ suo triumphante; tantum enim ovatio permissa est *Posthumio*, qui rem romanam

in



in magnum discrimen coniecit: vicissim enim Sabini, nisi Meninio armatorum metu superveniente, Posthumius cum copiis suis periculo ereptus esset. Itaque in ipsius honoris luce poenâ aliquâ obscurari debuit & præ Meninio humiliari.

§. VII. *Persona in Sacra Scriptura Celebres V. Aetate Mundi.*

**E**SDRAS Sacerdos, scriba regis ARTAXERXIS, & Doctor legis præstantissimus, & Propheta, innotescere cœpit an. m. 3595. ante Chr. 458. Olymp. LXXX. an. 2. nrb. cond. 294. ARTAXERXIS 6. Fuit ESDRAS vir elegantissimi ingenii, & memoriæ incomparabilis, Saraia cujusdam summi Pontificis à Nabuchodonosore capti, & capite plexi filius, ut scribit *Tirinus* in *Comment. ad Esdras*. Hic præter legem reparatam plures libros edidit, quos D. Hieronymus transcribendo coarctavit, & tertium & quartum inter apogryphos codices numerat.